

plus est humilitate quam potestatem. Omne enim in iniuria regnum tunc in terisset: nisi cum penitentia patrona seruasset. Sed adhuc additur in illa iniuriam satisfactione. ut et infantes similes et animalia ieiunassent. Sed cur paruuli ieiunarent quia nichil mali fecerant? Ieiunabant itaque innocentes. ut euaderent peccatores. Clamabant paruuli ut seniores non parent. Si enim infantium ieiunium fuerat necessarium. cur etiam peccatorum et iuniorum? Vaque ut penitentiam hominum etiam fames preberet animalium. et rugientes ad dominum in grauitate. ut quod ab aliquibus commissum fuerat. ab omnibus solueretur. Ita et nos fratres karissimi consentientibus. animis et conspirata fide. clamemus ad dominum dominum nostrum. Illi clamabant postquam offenderant. nos clamemus ne offendamus. Illi clamabant etiam post reatum. nos clamemus ne rei simus. Beatus ille dilectus cui timor suus est pro flagello quem in pena corrigit. sed disciplina. Numquam tormenta patitur. qui timet. ne aliquando patitur. Sed dicit forte aliquis in populo. Cur timeam qui nichil mali facio? Audite iohannem apostolum predicantem. Si diximus inquit quia peccatum non habemus. ipsi nos seducimus. et ueritas in nobis non est. Nemo ergo se ducat uos dilectus. Pessimum genus peccati est non intelligi peccata. Omnes quidem agnoscunt crimina sua. reconciliari domino penitentiam possunt. Nullus magis de peccatoribus plangit dignus est. quam qui putat se non habere quod plangat. Multa enim delictorum genera dilectus. et hec periculosiora quidem que leuia esse creduntur. Illa sunt magis noxia que quibusdam estimantur non esse peccata. Nullum enim malum facilius decipit. quam cum non intellegit malum esse. Itaque ego nunc dico de homicidiis. non de adulteriis. non de malis persuasionibus. Absit enim ut christianorum hec aliquis

admittat. aut si forte comiserit. recidisse se et corruisse non statim planget. sed de illis utique loquor. que minorum multo ac leuora creduntur. Quis autem uirum est dilectus quem uel hebreus aut non polluerit. uel ambitio non rapuerit. uel inuidia non exusserit. uel cupiditas non incenderit. uel auaritia non uolnerauerit. Unde admono dilectus ut iuxta quod scriptum est humiliter uos sub illa potentissima manu dei. Et quia nullus sine peccato. nullus sit sine satisfactione. quia hoc ipso quis nocens est sine innocenti esse presumat. Potest quis culpa minoris esse. sed inculpabilis nemo est. et immunis a reatu. Et ideo dilectus qui grauius offenderunt. fidelius ueniam petant. quia autem amaris acerbioribus impolluti orient ne polluant. prestante domino nostro ihesu christo qui cum patre et spiritu sancto uiuit et regnat in secula seculorum. amen.

SERMO SANCTI GREGORII PAPAE DE MORTALITATE. PORTET FRATRES



Kōm ut flagella dei que metueret uentura debemus saltem presentia et experta timeam. Conuersionis nobis aditum dolor apiat. et cordis nostri duritiam ipsam iam quam patimur poena dissoluat. Ut enim propheta teste predictum est puenit gladium usque ad animam. Ecce enim cuncta plebs celestis ire muerone percutit. et repentina singuli cede uastantur. nec languor morte preuenit. sed languoris moras ut cernit mors percurrat. Percussus quisque ante rapitur. quam ad lamenta penitentiae conuertatur. Pensate ergo qualis ante conspectum districti iudicis puenit. cui non uacat flere quod fecit. habitatores qui non ex parte subitabunt. sed pariter corruunt. domus uacue relinquunt. et filiorum funera parentes aspiciunt. et sui eos

